

9044. 1775.28.

DIFFERENTIAS
IVRIS CONTROVERSI
INTER
PHARMACOPAEOS
ET MERCATORES
CIRCA
MERCES SIMPLICES
PHARMACOPAEAS
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEVRGENS.
SOCIO
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE XI MARTII ANNO CCCCCCLXXV.
DEFENDET
IOANNES CHRISTIANVS PFEIFFER
RENGERSDORFF. LVSATVS

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

CHRISTIANUS HINR. BRAUNING
PHARMACOFAEOS
ET MERICATORES
MURCEA SIMPLICES
THEMOCOFLAX
HISTRIAS IESTOMORPHIAS OLOPIS
LAPIS
D. CHRISTIANO HINR. BRAUNING
PHARMACOFAEOS
ET MERICATORES
MURCEA SIMPLICES
THEMOCOFLAX
HISTRIAS IESTOMORPHIAS OLOPIS
LAPIS



DIFFERENTIAE
IVRIS CONTROVERSI
INTER
PHARMACOPAEOS
ET MERCATORES
CIRCA
MERCES SIMPLICES
PHARMACOPAEAS.

§. I.

 Alit saepe forum inter diuersorum et artificum et opificum collegia de finibus artis et opificis lites: neque id mirum, cum ynius collegii labor cum alterius proxime conuenit. Hinc inter chyrurgos et balneatores de sectione venarum, barba secanda et aliis artificiorum exercitiis non vna lis cogitata, imo et agitata fuit. Nec defuncti iurgii causae iis, qui, quae corporis sanitati inferuiunt et adiumento sunt, Medicamina praeparant, quippe

A 2

saepissime

III 2



saepissime laeduntur, a mercatoribus, qui inter merces ea exponunt, quae vel ruinosa sufficiunt, vel collapsam restituunt sanitatem. Quid mirum, si, qui iis salubritatis mediis vtuntur, a mercatore, a quo sibi aromata coemenda, simul acquirant sanitatis media, vbi interim pharmacopaeus rerum suarum emtores expectat. Prohibendum ergo censet hic, quominus vendat, cum alter prouocet ad rationem, quod inter merces venales diuturno vsu connumerentur. Silent iura, vt videtur, quamvis ex rationibus legum decisio peti possit. Videamus, quae quantumque utriusque circa materialia illa vendunda iura tribuenda.

§. II

Pharmacopaeorum et Medicorum eandem esse originem ipsa res docet, sicut et Chyrurgorum origo haud diversa fuisse videtur. Antiquos enim Medicos ipsa medicamina praeparasse, satis notum est. Dixit satis de origine Pharmacopaeorum et de coniunctione artis salutaris cum Pharmaceutica *THOMASTVS* diss. de *Iure circa Pharmacopolia ciuitatum*. Hoc monemus, confistere Pharmacopoliorum officium tam in praeparandis medicamentis, quam in vendendis iis rebus, quibus et sanitas conseruari et amissa ea praefito naturae auxilio recuperari potest. Hinc medicorum est, ordinare quae morbos vel auertere, vel depellere possunt; Pharmacopaeorum contra est, praescripta medico praeparare usui. Qua propter cura sanandi merendue non Pharmacopaeorum est, sed Medici. Horum vero officium haud consistit in parandis medicinis, nisi Arcana artis contineant. Disposuit quoque de hac diuersitate *MANDAT.*
Elect. de Anno 1768. wegen Errichtung eines Sanitaets-Collegii die Verbeffierung des Medicinal-Wessens betreffend.

§. III

§. II.

Habet vero sua officia Pharmacopaeus legibus adeo definita. Non singula enarrabimus, fecit id **T H O M A S I V S** cit. diff. cap. 11. praecipuum vero est, vt medicamenta ipsa maxime simplicia probe noscat. Quare et nociuia medicamenta et venena mala vendere suo modo ipsi prohibitum. Necesse ergo est, vt merces venales suas noscat, ne loco salubrium, nociuas vendat, et emturiis potius emtionem neget. Hinc in Pharmacopeorum iurecurando, quo adstringuntur ex **B R A N D E N B U R G**. *Medicin. Ordnung de Anno 1694.* quod adducit **T H O M A S I V S** cit. diff. cap. §. 5. continetur clausula: *insonderheit ohne der Medicorum Gutbeinden und Vorwissen, keine Purgantia, Vomitoria, starcktreibende Medicamenta oder Opiata, viel weniger Gift aus meiner Officin verkauffen etc.* Neque haec Legum dispositio videtur esse indigna principi cura, maxime cum conseruationem ciuium et subditorum, quae prima simul solet esse maiestatis cura, respicit, ne medicamentis parum vel plane non convenientibus circumpositis sanitatis causis, eam destruant, vel se semet ipsos vita priuent. At quoties contingit, vt panperioribus non semper praefecto sit medicus, vel se ipsos satis aptos putent, qui suae confluent sanitati, medici consilium negligentes, atque medicinas comparent. Non ergo videtur promiscua medicamentorum venditio permittenda, imo magis, quantum fieri potest, restringenda.

§. IV.

Iam vero cum Pharmacopoliorum merces in *simplices et compositas* partiri solent. *Hae ea dicuntur, quae arte chymica praeparata vel usui medico adaptata sunt: illae contra sunt ipsae materiae, quae vel per se medicum usum praefstant, vel ex quibus compositae medicinae parantur.* Cum officium **Pharmacopaeorum**



paeorum simul in parandis medicinis deprehenditur, nemini omnino ius competere potest, composita medicamenta inter merces venum exponere. Quo etiam respicit GENERALE de dat. 29. Jul. 1750. et supra allegat. M A N D A T U M Electorale de Anno 1768. §. 13. et medicamentorum compositorum promiscuam venditionem coeret. At vero, si ad simplices illas materias nos vertimus, facile cuique patet, cum ex omni terra et vtraque India occidentali et Orientali adportentur, aromatarios mercatores easdem in catalogo mercium vendendorum exhibere. Neque dubitari potest, quin cuius mercatori aromatario, qui inde etiam Materialisti vulgo appellantur, venditio simplicium materiarum officinalium licita sit, immo ipsos Pharmacopolas per eosdem haud raro sibi curare, dummodo in grandiori pondere fiant venditiones, quod dicunt *en gros*,

§. V.

Sed dubitari potest: *an ius aromatarii competit in minori pondere materias illas simplices vendendi.* Adfirmant aromatarii, quorum negotiatio per minutiora pondera fieri solet, negant Pharmacopoei contra, quasi suae negotiationi vim inferant, limitesque egrediantur. Neque accurate satis decisiva videtur illa dubitatio, cum aliae merces dicantur *Material-Wahren*, aliae nomine *Apothecker-Wahren*. In Saxonia quidem decisam esse causam scio R E S C R I P T O Regio d. d. 30 Ian. 1749. in causa D. M. contra aromatarios versus L. in hunc modum: *Dass die Materialisten und der Apotheker die Simplicia cumulatiue, der letztere aber die composita priuatiue führen sollen.* Confirmauit hanc declarationem serenissimus Elector nouo R E S C R I P T O d. d. 4. Febr. 1772. in causa A contra aromatarios versus L. Nihilominus tamen adhuc dubiae ambiguaeque supersunt quaestiones. Cum enim

enim neque vim, nec vsum aromatarius scit materiarum, sed hanc emtori curam relinquit, quo fieri potest, ut coemta portio-
ne emtor defruere sibi possit sanitatem, quantum enim ad
vsum sufficiat ignorat mercator, ignorat emtor; ita prouid-
entia suadet minutiorum venditionem ob periculum proba-
bile negare ipsis aromatariis. Suaderet hanc prohibitio-
nem amplius pharmacopaeorum obligatio; His enim impo-
situm est, ut simplicia et composita habeant, imo quae cor-
ruptioni subiecta, saepius nouiter confiant et antiqua ab-
iificant vel effundant. Hinc taxa ipsis concessa, hinc visita-
tiones legibus ordinatae atque praescriptae. Iam mercato-
res neque visitationes mercium patiuntur, neque ad taxam
vendunt, sed viliori pretio, cum nunquam merces abiiciunt,
propter quam causam tamen corruptionis compositorum au-
tius pretium Pharmacopoeis concessum. Hoc igitur effi-
citur, ut in simplicibus Pharmacopaeus frustra expederet em-
tores, qui ob vilius pretium potius ad aromatarium acce-
dunt. Frustra ergo simplicia acquirit pharmacopaeus, imo
cum damno, quippe saepius simplicia coemuntur, quam
composita. Dein plane permitti nequit, ut aromatarii eius-
modi minutioris ponderis mensuras materiarum in pulueres
contusas vendant. Est enim partim praeparatio adhibita,
partim appertior usus medicus, ad quem vsum materiarum
venditio solis pharmacopaeis concedenda, quamvis alias mi-
nutioris quantitatis materiarum venditio ipsis ob rescripti
autoritatem negari nequit.

§. VI.

Qua propter egregie respondit *Illustr. Medicorum Lip-
sienium Ordo Mensē Maio 1774.* ad interrogationem A. Adda-
mus tenorem responsi, quatenus ad nostram causam fese re-
fert: *Als kennen wir nicht absehen, wie denem Cramern die*

Füh-



Führung derer simplicium streitig zu machen oder zu untersagen: nur, daß dieselben nicht in so gar kleiner Quantität verkaufft werden mögen, welche den Verdacht eines medicinischen Gebrauchs geben könnte, auch nicht solche simplicia bey Ihnen zuverkauffen erlaubt seyn darff, bey welchen kein anderer als ein medicinischer Gebrauch statt haben kan, als worunter Rad. Ipecacuanhae, Jalapae, Rhabarbari, Scammoneum, Cortex Chinalae, Cascarillae, lignum Goaiaci, radix Squillae, opium auch andre sogenannte Gifte und dergleichen mehr zu rechnen sind. Et postquam de compositis a pharmacopacis vendendis dictum sit additur: da es weder mit der Beschaffenheit eines Cramer Handels, noch auch mit der Absicht auch die menschl. Gesundheit übereinstimmt, daß dergleichen Sachen von unerfahrenen Leuten verfertigt und ohne Unterschied und Ueberlegung verkauft werden, welche zu unausbleiblichen Schaden des Lebens und der Gesundheit gereichen müsten, und solchem nach blos zu den Aufschluß Recht der Apotheker gehören. Quis non videt, hanc rationem de compositis sumtam suo modo quoque in simplicibus quadrare, ut ergo mercatoribus minuitissimi ponderis materialium, imo in pulueres mutatarum venditio iustius negetur.



(leipzig) Diss., 1775 A(1)



3

Sb

KD18

B.I.G.

Black

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

1775.28.
9044.

DIFFERENTIAS

IVRIS CONTROVERSI
INTER

PHARMACOPAEOS ET MERCATORES

CIRCA
MERCES SIMPLICES
PHARMACOPAEAS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEVRGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XI MARTII ANNO C I C I C C L X X V .

D E F E N D E T

IOANNES CHRISTIANVS PFEIFFER

RENGERSDORFF. LVSATVS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

